



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et  
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

**Engelhard, Johann Martin**

**Moguntiae, 1700**

Titulus XXXII. De Officio Judicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](#)

litanus eundem constituet, can. 3. caus. 9. q. 3. Ergo potestas negligentis episcopi devolvitur ad Metro-politanum. Respond. Concesso anteced. disting. conseq. devolvitur ad Metropolitanum in casibus à luce expressis Conc. non expressis Nego.

## TITULUS XXXII.

### De Officio Judicis,

**Q**UÆRES I. Quodnam sit officium Iudicis, & quotplex? Respond. Officium Iudicis (qui idèò sic nominatur, quod inter partes litigantes judicet;) est, ut legitimè utatur potestate suâ, in ordine ad administrationem Iustitiae, & includit omnia, quæ ad lites debito fine judicialiter terminandas, requiruntur. Officium hoc duplex est, nobile & mercenarium. officium nobile dicitur, quo djudex non imploratus auctoritate propriâ interponit, v. gr. furiosis, pupilliis aliisque miscrabilibus personis, constituendo tutores, vel defensores. vel imploratus quidem ab illo nimis, qui actionem sive jus strictum non habet, æquitas tamen postulat ut illi subveniantur. v. gr. cum minor vel ecclesia per contractum infra dimidium læsi, petunt restitui in integrum; his enim, cum actionem strictam non habeant, utpotè cum de stricto jure contractus non rescindantur, nisi læsionem ultrà dimidium contineant, officio judicis nobili subvenitur, & contractus, exigentia pietate, rescinditur. Mercenarium vocatur, quod

aetio-

actioni in judicio propositæ deservit, sive quod iudex impertitur ad instantiam partis; quidquid enim Jūdex ex Iure stricto actoris, prohibendo, præcipiendo, interlocutoriè vel etiam definitivè pronunciando statuit, officio mercenario expedire dicitur. *l. ædiles. §. item sciendum. ff de ædil. edict.*

**QUÆR E S 2.** Ad quid teneatur jūdex, vñ officii mercenarii? Respond. Eum ad duo obligari 1. Ut formam juris, & formalitates processus à SS. Canonibus vel legibus præscriptas observet, & secundum eas judicet, puta citando partes audiendo rerum probationes, concedendo dilationes seu terminos, & cæteras solemnitates, de quibus in lib. 2. Fusiūs agemus, observando; si secus fecerit, & omisso juris ordine judicaverit, sententia est ipso jure nulla, quæ etiam non interpositâ appellatio- ne, nunquam transit in rem judicatam; quod si vero obseruat̄is solemnitatibus ex dolo vel imperi- tiâ contrâ jus partis judicaverit, sententia non est nulla, sed iniqua tantum, quæ, si intra decendum ab eâ non fuerit appellatum, homologatur; 2. Ut ju- dicet secundum allegata & probata: condemnando eum, quem allatae probationes reum assertunt, eti- am si is privatim sciat, talem esse innocentem: pri- vata enim scientia in Iudice locum non habet. *can. 4. caus. 3. q. 7. junct. gloss. V. audit. cap. 28. §. quia ve- ro iudicâ gloss. de off. jud. deleg. exceptis causis crimi- nalibus; ubi sententiam mortis in eum pronuncia- re nequit, quem privatâ scientiâ scit esse innocen- tem. quæ est sententia communis & probabilior. Pirrh. b. t. num. 10. Ratio disparitatis est, quod res publica habeat dominium altum in omnia bona tempo-*

temporalia suorum subditorum, quæ alteri eo causa adjudicare potest, quo jus alterius falsis probationibus publicè demonstratum est, ad vitanda majora mala quæ otirentur, si judici liceret, privatam scientiam in judicando sequi; at vero vitæ homini respublica domina non est, nisi in paucissimis casibus, qui de facto adhuc controvertuntur, adeoque non potuit dare facultatem judici hominem falso convictum condemnandi.

**OBLICES 1.** Iudex ordinarius debe exequi sententiam delegati etiamsi sciat eam esse in justam; cap. 28. de offic. deleg. Ergo privata scientia non obstat, quod minus judex cum condemnare possit, quem seit esse innocentem. Resp. Concess. anteced. disting. conseq. privata scientia non obstat, quo minus judex talem condemnare possit, si agatur civiliter Conced. Si criminaliter Nego.

**OBLICES 2.** Idem non potest esse iudex & testis in eadem causâ. l. ult. ff. de test. Sed si judec sequi posset scientiam privatam, esset simul judec & testis; ergo. Resp. Concess. m. iot. Nego minorem. Licet enim judec hoc casu sibi ipsi plus credat quam aliis testibus, vere tamen testis non est; ipsa enim ratio dictat, sibi ipsi maiorem esse adhibendam fidem quam mille aliis, posito quod quis habeat certitudinem & evidenter rei, quam mille testibus praevalet, ut poterit quorum elogia faciunt fidem tantum non evidenter.

**QUÆRES 3.** An, quando imploratur officium iudicis nobile, necessaria sit litis contestatio? Resp. Vel imploratur contra certam personam, vel non? Postiore casu necessaria non est, ut si infamis

infamis petat famæ restituī; priore autem casu  
distinguendum erit; vel enim imploratur princi-  
paliter ita ut sit necessaria causæ cognitio v.g. si quis  
petat restituī in integrum, & tunc requiritur litis  
contestatio, quia officium judicis est loco actionis,  
vel imploratur incidenter tantum; idque vel ante  
litem contestatam, ut si quis petat dari sibi advoca-  
tum; vel post litem jam semel contestatam, ut si  
quis petat officio judicis admitti probationes erro-  
re facti omissas; & his casibus non requiritur alia  
litis contestatio, quia vel non requiritur cognitio  
causæ, vel sufficit litis contestatio præcedens.

**QUÆRES.** 4. An iudex supplere possit ea  
quæ à partibus litigantibus, vel earum advocatis  
omissa sunt? Respond. Supplere potest & tenetur  
ea quæ juris sunt, & ad decidendam litem sive con-  
troversiam spectant, non autem ea quæ sunt facti.  
*l.un. eod. ut, quæ desunt advocatis partium, Iudex suppleat.*  
Ratio est, quod iudex ideo constituatur, ut parti-  
bus litigantibus secundum jura, quæ nosse debet,  
iusticiam administret & ei pro quo leges loquuntur,  
affusat, & sententiam dicitur iuribus conformem,  
etiamsi forte per incuriam vel ignorantiam partis,  
allegata non fuerint; allegatio autem eorum quæ  
ad factum spectant, partes ipsas, non iudicem con-  
cernit, hinc si reus exceptiones suas quibus se  
contra adversarium suum tueri poterat non oppo-  
suerit, testes, instrumenta, vel alias probationes  
producere omiserit, non iudici sed sibi ipsi si succu-  
buerit, culpam imputare debet. *Bartol. in cit. l.unice-  
tum, 2.*

Quæ-

**QUÆRES** 5. Quæ sit pœna iudicis iniqui judicantis? Respond. Pœna ejus est, quod, si per dolum sive per imperitiam male jūdicaverit, a cōtione de Syndicatu conveniri possit, ad relarcendum damnum quod ejus culpā parti litigante causatum fuit. Olim enim judges functi officio suo, tenebantur in eā civitate vel provincia, cui iudices præerant, quinquaginta diebus palam commorari, ut de culpā ac fraudibus à se commissis convenirentur, & rationem redderent, quod vulgo syndicatum subire, sive causæ faciendæ obnoxium esse nancupamus. *I.i.Cod. ut omnes judges tan civiles quam militares.*

## TITULUS XXXIII.

*De*

### Majoritate & Obedientiâ.

**QUÆRES** 1. Quid sit majoritas & quibus personis competit? Respond. Majoritas hoc titulo, est prærogativa vel excellentia unius præ altero. Competitque personis ecclesiasticis, vel ratione ordinis, vel jurisdictionis, vel antiquitatis, vel privilegii, vel prærogativæ ordinantis. Ratione ordinis Episcopus maior est Presbytero, Presbyter Diacono, Diaconus Subdiacono, &c. *cap. i. b.t. S canon. 5. dist. 93.* Ratione jurisdictionis & dignitatis, Archi-Episcopus præfertur Episcopo, Archi-Diaconus, Archi-Presbtero, &c. *cap. i. de off. Archidiaconi.* Ratione antiquitatis Archi-Episcopus prius consecratus & clericus prius ordinatus, alium